



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Decretum de Sacramentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

a infra
Sess. ult.
de refor.
cap. 6.

Sess. 14.
c. 2.
Vide 1.
Nic. c. 17.
& 2. Arc-
lat. c. 13.
& Anti-
och. c. 13.
Sard. c.
18. & 19.
& 3. Car.
c. 20. &
21. Conc.
Aurel. 3.
c. 15. c.
placuit.
cum seq.
2. q. 1. &
infr. Sess.
14. de re-
for. c. 3.
& 8.

a *canonicas sanctiones, toties, quoties opus fu-
erit, visitari, corrigi, & emendari, etiam au-
thoritate Apostolica, possint, & valeant.*

CAPVT V.

Nulli Episcopo liceat cuiusvis priuilegij
pretextu Pontificalia in alterius diocesi
exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licen-
tia, & in personas eidem Ordinario subiectas
tantum; si secus factum fuerit, Episcopus ab
exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab ex-
ecutione ordinum sint ipso iure suspensi.

Indictio futuræ Sessiois.

Placet ne vobis proximam futuram Ses-
sionem celebrari die Iouis feria quinta post
primam Dominicam subsequentiis Quadrage-
sime, quæ erit dies tertia mensis Martij? Re-
sponderunt: Placet.

SESSIO SEPTIMA,
CELEBRATA DIE III.
MENSIS MARTII.
M. D. XLVII.

Decretum de Sacramentis.

PROOEMIUM.

AD consummationē salutaris de iusti-
ficatione doctrine, quæ in precedenti
proxima Sessioe vno omnium Patrū

con-

consensu promulgata fuit; cōsentaneum v̄i sum est de sanctissimis Ecclesie Sacramentis agere, per quæ omnis vera iustitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè cōgregata, presidentib. in ea eisdē Apostol. Sedis legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hereses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta hæc nostra tempestate cū de dānatis olim à Patribus nostris hæresib. suscitata, tum etiā de nouo adinuentæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesie puritati, & animarū saluti magnoperè officiūt, sanctarum Scripturarum doctrine, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inherēdo, hos præsentēs canones statuendos, & decernēdos censuit; reliquos, qui supersunt, ad cœpti operis perfectionē, deinceps, diuino Spiritu adiuuante, editura.

DE SACRAMENTIS

in genere.

CANON. I.

Si quis dixerit, a Sacramenta nouæ legis nō fuisse omnia à Iesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora quā septē, videlicet, Baptismum, Cōfirmationem, b. Eucharistiam, Pœnitētiā, extremā Vñctionem, Ordinem, & Matrimonium: aut etiā aliquod

horum

a Cone.
Flor. in
decretis
Eugenij
ad Arme-
nos.
b c. ad ab-
olendam
de hæret.